



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens à Juliano Apostata Jmperatore, perducitur vsque ad obitum
Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 387. Siricii Pap. Annus 3. Valentin. 12. Theodosii 9.
Impp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14548

I E S V CHRISTI Annus 387.

SIRICII PAP. ANNUS 3. VALENTIN. 12. IMP. THEODOSII 9.

I. IUSTINA AUGUSTA AMBROS. VIAT.

Recentissimus octogesimo septimo Christi annus aspicio novorum Consulium Valentini Augusti tertium atque Eutropii aperitur: quo Iustina Augusta, vna cum Valentiano filio, quam anno superiori aduersus S. Ambrosium persecutionem concitare ceperat, maioribus profequitur incrementis: vehementiori enim odio in sanctissimum vi-um flagrans, acrioribus iracundiae stimulis agitata, rabie feminili, mente peruersa, cotrepta furore, inlustratur furit, & veluti Baccha aestro percita debacchatur.

Hoc quidem anno primum dolo, inde vi, atque omni denique arte, itemque conatu Ambrosium adorta est: cruciabat enim intrinsecus, cum se frustra Augustam esse, diuque consideraret, cum vnus sacerdotis constantia vinceretur, dum nec vna sibi pareret Ecclesia, in quam liberum esset conuenire cum suis: exastuabatque immenso animi dolore, atque inuidia tabescebat, quod videret se a populo Mediolanensi contemni, & omni officio omnes studere in omnibus sacerdoti.

II. Paulin. Vita S. Ambros. EUTHYMIUS ALEXAND. PRAESYM. TIO.

Quod igitur periculosa alia videretur, obnitente populo, Ambrosium manu militari captum extra prouinciam deportare: quod id absque tumultu perficiat, dolosa consilia mente agit, sed omnia frustra. Testatur id quidem Paulinus: cum ait a: *Iustina mulier innumeris infidelis sustinuit: quae inuenerit atque honoribus aduersus sanctum virum oblati populum excitabat, sed infirmorum mentes talibus promissis decipiebatur. Promittit enim Tribunatum & diuersas alias dignitates, qui illum de Ecclesia rapuit ad exilium perduxissent. Quod cum multi conuenerunt, sed deo praesule perficere non valerent: vnus infelicior ceteris nomine Euthymius, tanto furore excitatus est, ut in eam Ecclesiam sibi donum pararet, atque in eadem carcerem constitueret, quo facilius raptum superpositum carpente ad exilium perduceret. Sed iniquitas eius in vericem ipsius descendit. Post annum etenim, eodem die, quo illum raptum se ardebat, eodem carpente impositus, de eadem domo ipse ad exilium destinatus est: repentam sibi in isto iudicio Dei in se esse conuersum, ut in eodem carpente dirigeretur ad exilium, quod ipse parauerat sacerdoti: cui non minus solatij sacerdos praebebat, dando sumptus, vel alia, quo erant necessaria. Sed hac confessio hominis, nec mulieris furorem, nec veneratorum Arianorum auentem repressit. Hae Paulinus. Meminit quoque horum Ambrosius in concione, quam ad populum habuit in Auxentium, ubi inter alia b: *Nemo vos turbet, quod aut carcerem parauerat, aut dura, ut videbatur sibi, Auxentii ipsius, qui se dicit Episcopum, ore iactata. haec ipse. Sed quid postea?**

III. AVRENT. ARMATVR IN AMER.

Quod fraus detecta euauisisset, iam aperto matre congedi, manuque militari agere deceuit Augusta: Auxentio enim omnia, quae velit, militaria parat auxilia; quibus ille proceas accinctus, omnia furore committet, qui etiam elicit ab Imperatore edictum, quod ipse conscripsit, quo iuberentur Catholici sacerdotes citi ab Ecclesiis: & qui renuissent, occidi. Vnde increbuit rumor, missos esse spiculatores, qui Ambrosium reuocentem basilicam tradere, capite truncarent. His: omnino populus, intra basilicam obsecratis Ianis, pluribus diebus ac noctibus vigilans, summo studio custodiebat Ambrosium, obsequens inrerere militibus Ecclesiam, ut abirent sacerdotem. Hae autem omnia ipse sanctus Ambrosius refert his verbis: *Elerique narrabant percofiores praemissos pernam mortis esse decretam. Nec illa timo, & ista non desero. Quis enim alio, ubi non omnia plena genitus sunt, atque lacrymarum, quando per Ecclesiam iuberetur egi Carholici sacerdotem, resistens gladio feriri, carnale proferri omnes, nisi mandatum implerent? & haec Episcopi manu scripta & ore dicta: qui se vt probant doctrinam, verum non omisit exemplum. Legimus*

c. Ambros. in Auxent.

enim in Prophetis d. quod viderit salcem volantem. Hanc imitatus Auxentius, gladium volantem per omnes vrbes direxit. Et satanas e transfiguratus se in Angelum lucis, & in malum imitator eius potentiam. Tu Dominus Iesu vno momento mundum redemisti: Auxentius vero vno momento tot populos (quod in ipso est) trucidabit, alios gladio, alios sacrilgio, meam basilicam petiti cruento ore, sanguinolenti manibus, &c. Quid autem egerit, ubi eiusmodi Imperatoris edicto de tradendo basilica idem Ambrosius conueniret, idem ipse receniet.

d. Zach. 4. c. 2. Cor. 11.

IV.

Oportune quidem tunc accidit, vt eadie, qua ab ipso Ambrosio basilica peteretur, in Ecclesia legeretur historia de Achab & atque Nabuthe, cuius exemplo Ambrosius suam defendit Ecclesiam: paratque fuit potius mille subire mortes, quam basilicam traditor effici. subdit enim haec ipse: *Memoristi etiam, quod lectum est hodie, Nabuthe sancti virum possessorem vidua sua interpellatum petitione regiae, vt vineam suam daret, ubi Rex successu vitibus olus vile sereret: cumque respondisset: Absit, vt ego patrum meorum tradam hereditatem, & paulo post: Nabuthe vitis suas vel proprio crimine defendit: Si ille vineam non tradidit suam, nos trademus Ecclesiam Christi? Quid igitur a me responsum est contumaciter? Dixi enim conuentus: Absit a me, vt tradam Christi hereditatem. Si ille patrum hereditatem non tradidit: ego tradam Christi hereditatem? Sed & hoc addidi: Absit, vt tradam hereditatem patrum, hoc est, hereditatem Dionysii, quae exilio in causa fidei defunctus est, hereditatem Eusebii confessoris, hereditatem Myroli, atque omnium retro fidelium Episcoporum. Respondi ego, quod sacerdotis est: quod Imperatoris est, faciat Imperator, prius est, vt animam mihi, quam fidem asserat. haec Ambrosius de his, quae ab Auxentio nitente Imperatoris Valentini edicto passus est.*

f. Reg. 11. AMBROS. QUAE CONSTANTIA RESISTIT ADVERSA REIS.

V.

Sed maiora ingruunt post haec praemia, ubi missi sunt cum Imperatoris praepositi Tribuni, a quibus ipse Ambrosius iuberetur recedere a basilica, tradereque Ecclesiae sacra vasa. Cum populus pastoris sui amantissimi solliciti custodia vallat Episcopum, timens ab eo deserit tunc sanctus Ambrosius, cum ica populum videret affectum, eum pro concione allocutus; quo ipse animo esset in defendenda Dei Ecclesia, pluribus declarauit. Quae etiam oratione quae gesta essent cum Tribunitis, cum referat, haec ea, quae sunt historiae, descriptis amussim exortus est: *Video vos praeter solitum subito esse turbatos, atque afferentes mei. Miror, quid hoc sit. Nisi forte quia per Tribunos me vidistis, aut audistis Imperiali mandato esse conuentum: vt quo vellem adirem hinc, & si qui vellem, sequendi potestatem haberent. Metui ergo, ne Ecclesiam desererem, & dum saluti meo timeo, vos relinquere: Sed quid & ipse mandauerim, potius advertere: defendenda Ecclesia mihi voluntatem subesse non posse; quia plus Domini mundi, quam saeculi butui Imperatorem timeo. Sane si me vis aliqua abduceret ad Ecclesiam, carcerem mecum extorbari posse, non mentem: paratum me esse, vt si ille saceret, quod solet esse regie potestatis, ego subirem, quod sacerdotis esse consueverit. Quid ergo turbamini? Volens nunquam vos deseram: coactus repugnare non noui. Dolere potero, potero flere potero genere: aduersus arma, milites, Gathe, quae lacrymae meae arma sunt: tanta enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possum resistere. Euge autem & relinquere Ecclesiam non soleo, ne qui grauioris pernam meum factum interpretetur. Scitis & vos ipsi, quod Imperatoribus soleam deserre, non cedere; supplicium me libenter offerre, nec metere, quae parantur.*

AMBROS. A TRIBUNIS IBERITAE ABIIT.

VI.

Vitam esse securus, quod Ecclesia hereticis minime traderetur: ad Palatium Imperatoris irem libenter, si hoc congrueret sacerdotis officio, vt in Palatio magis certarem, quam in Ecclesia. Sed in Consistorio non reus solet Christus esse, sed iudex. Causam fidei in Ecclesia agendam, quis abnuat? Si quis confidit, huc veniat: inclinatum iam vel Imperator iudicium, quod lata lege praesertit, quo impugnat fidem, vel sperat ambrosianum quorundam studia non requirat. Non committo, vt quisquam vendat inuicem Christi. Circumsusi milites, armorum crepitus, quibus vallata est Ecclesia, fidem non terrent meam, sed mentem exagitant, ne dum metentis, pernicem vel aliquid vestra oboritur saluti. Ego tamen iam didici non timere sed vobis timere plus capi. Sinite, quae vestram sacerdotem congregati: habemus aduersarios, qui laesit. Aduersarius enim noster diabolus, sicut leo rugiens, circumit querens

AMBROS. INTERPRE. DE AGIT.



et. Pet. 5.

VII. Quid Ambrosius, cum daretur Vasa Mirtiva.

b. Ep. 6. 1.

VIII. Ambrosius Magna ad Divm. P. D. C. L. M. 19.

IX. Providentia Dei Rega. SVGL.

d. 4. Reg. 6. c. 48. 11.

X. Ambrosius. Y. V. D. V. S. V. G. B. I. A. M. A. N. A.

quem deoret. vt. Apollonius dixit a. Se paulo post de requisitis a Tribuni factis Ecclesie vasis hae addit:

Cum esset propositum, vt Ecclesie vasa iam traderemus: hoc responsum reddidit. Me si de meo aliquid posceretur, aut fundus, aut domus, aut arrium, aut argentum, id quod me inuere esset, libenter offerre: templo Dei nihil posse accipere, nec trahere illud, quod custodiscendum, non tradendum accipere. Deinde consilium me etiam Imperatoris salutem: quia nec mihi expedit trahere, nec illi accipere. Accipiat enim vocem liberi sacerdotis, si vult sibi esse consultum, recedat a Christianis. Hae plena humilitatis sunt, & vt arbitror, plena assensus erus, quem Imperatori debet sacerdos. Sed quia iusta nobis est non saltem aduersum carnem & sanguinem, sed etiam (quod gratia est) aduersum spiritualia nequitia, qua sunt in caelestibus: tentator ille diaboli per ministros suos certamen auget, vulneribus corporum mei experendum arbitror. Scio, fratres, vulnera hae, qua pro Christo excipimus, non esse vulnera, quibus vita amittitur, sed propagator. Sinus, quos esse certamen: spectatores vos esse decet. Considerate, quia si quem habet civitas, vel ablatam, vel alterius nobilis artis peritiam, optat offerre certaminem: in maioribus rebus trepidat, quod vel in minoribus velle consuevit? Non metuis artem, non barbaras, qui mortem non timeat, qui in illa carnis voluptate retinetur.

Certe si Dominus huic nos certamina deputavit: frustra peruegitur tot nobilibus & diuibus custodias exhiberi: impletur Christi voluntas: Omnipotens enim noster est Dominus Iesus: hae est fides vestra. Et ideo quod fieri mandatur, impletur: nec conuenit nos diuina obviare sententia. Audistis, quod bodie lectum sit: Pallam esse a seua Saluator per Apostolos in usum adduci, &c. Vides ex hac nota lectionis, & Ambrosium eiusmodi ad populum concionem habuisse in Dominica Palmarum, qua illud ipsum Euangelium conuenit in Ecclesia recitari. Quod igitur in omnibus hisce peccatis vult sanctus sacerdos populum imitari absque trepidatione diuina prudentiae, cuius arbitrio cuncta disponantur in terris: vt eos metu concepto omnino hberos redderet, hae subdit: Ergo si vult Dominus, certum est, quod nullus obstat. Quod si adhuc nostra differat certamina, quid veremini? Seruum Christi non custodias corporales, sed Domini promissionem sperare consuevit. Sed vt retum quoque praeteritum experimento magis Deo considerent, quam humana vigilanti e, curae, & sollicitudini: hae ipsa de his, qua accidissent, nota subiecta.

Turbati estis, quia aperta reperistis gemmas fores, quae capere oculis quidem, dum hospitium proprium reperit, passivisse iuguratur. In quo cognoscite, quod nihil suffragetur humana custodia. Ecce vnus, qui videnda manus amittit, soluit vestra vniuersa munimina: & custodias laeta: Dominus autem sua misericordiam custodiam non amittit.

Nonne ante biduum (vt meminisistis) etiam illud reperitum est, quod a parte lana basilica ingressus quidam peritum fuit, quem postabatu clausum esse atque munitum? Seseperunt nempse armati basilicam: explorabant hos atque illos aditus: caritate permissi sunt, vt quod apertum erat, videre non possent. Ita que per plurimas noctes quod apertum fuerit, non ignoratis: Desinite ergo sollicitari: quia hoc erit, quod Christus iubet, & hoc esse expedit, hae vt confirmet Ambrosius & populo persuadeat, petita ex finima scriptura exempla adducit in medium, nempse de Eliaeo, cu obdideretur a Rege Syriae a Samaria, & vt ipse caperetur, missi sunt milites: ac de Petro exemplum, quem Hero des e occidendam militi in carcerem, deoque eodem, cum Romae sub Nerone detinere: eum in vinculis, & rogaretur a fidelibus liber abire; cui foras progredienti Dominus occurrens, vt bis illis admonuit, quibus ipse volens libentem remeant in carcerem. Sed & de Domino ipso subnectens exemplum, hae ait:

Nonne (vt de ipso Dominus famam exemplum) quando voluit, passus est, & cum quaeretur, inuentus est? Quando autem hora non tenet, at passionis per medium quaerentium transibit, & videntem tenere non poterant. Quo ritque euidenter ostendit: quia quando Dominus vult, vnusquisque inuenitur & capitur: quando autem differt, etiam si quaerentium manibus occurrat & oculis, non tenetur. Ego ipse non quoties vel visitandi gratia prolebam, vel peregrinam ad Martyres? non regiam Palatij praecedam vando & rediendo? & tamen nemo me tenuit, cum exurbando me haberent, vt praedictum postea, voluntatem, dicentes: Eos de civitate, & vade

quo vii. Exspectabam, fatior, magnum aliquis, aut gladium pro Christi nomine, aut incendium. At illi delicias mihi pro passionum obtulerunt: sed athleta Christi non delicia, sed passionum suas exigit, hae ipse de his, quae in hanc diem ab aduersariis gesta essent: atque post multam Auxentium locutus, reficit, quae Ariani iactare solebant; vt in ipsum magis commouerent Imperatorem: Atum, inquit: Ergo non debet Imperator vnam basilicam accipere, ad quam procedat? & plus vult Ambrosius posse, quam Imperator: vt Imperatori prodeundi facultatem negat? Quod cum dicitur, apprehendere sermones nostros gestum: sicut Iudas, qui Christum veritate sermone tentabat, dicitur: Magister, hae tributum dare Caesari, an non? &c. subingit distincta esse officia hominum, & cum omnia Domini sint, pendenda tamen esse Principibus, quae illis debita sunt; quae autem Deus sibi ipsi tantum custodita voluit, atque seruata, nequam quam Principibus tribuenda. In quam sententiam ista subdit inferias:

Quid igitur non humiliter responsum a nobis est? Si tributum peti: non negamus: agris Ecclesie soluant tributum. Si agris distulerat Imperator: potestatem habet vindicare, nemo nostrum ternerit. Potest pauperibus collatio populi redimere. Non faciant de agris inuidiam: tollant eos: sicut enim est Imperator non idios, sed non nigo, hae cum i, se dicat de penitentione tributi ex agris Ecclesie, secundum Christianam mansuetudinem dicere certum est, iuxta sententiam Domini g. Ab eo, qui auferit vestimentum, etiam tunicam non prohibere: omni peccati retribuit, & qui auferit quae tunicam, ne repetat. Iri hanc quoque sententiam Iudaeus Pelusiotae ad Epagorithum presbyterum detestantem tributum solucere ita scripsit h:

Descriptus est Dominus cum terro gestatur, & consensu Caesari pepercit: hinc videlicet velut lata lege nobis iudicem, vt ei, qui imperium tenet, obediatis: modo nihil ad pietatem impedimenti affert. Quae igitur ipse Deus noster subita per dispensationem, & consilium paupertate docuit, candido animo imitemur, nec pauperum obtentu tributum pendere detestemur. hae Iudaeus, & quidem (vt dictum est) secundum Christianam mansuetudinem; cum alioqui ex Domini sententia i, si non a filiis Reges tributum exigant, quos subditos habent, multo minus ab eis, quos sibi superiores esse cognouit, ab his nota criminis: nauase: tyrannidis, sub quorum cura Principes omnes itrelligant se sub pastoribus esse omnes, longaeq; impar esse ad pastores oues lac & lanam exigere, cum potius ista ille teneatur pastoribus exhibere. Quam id Christiani praetentant Principes, quod Aegypti sacerdotibus a Pharaone verberum impendit: qui non solum esse laudis tradidit, quae illis voluit perpetuo conferri, sed ex horreis publicis ita iudaeis ebaria ministravit. A deo vt habeant Christiani Principes, vnde erubescant ex Pharaone, si non id tantum, quod ille idolorum sacerdotibus impendebat ipsi Christianae legis sacerdotibus non impertiant, sed ab aliis oblata vendicent sibi, vel redigant sub tributum.

Certe quidem si praeterea tepetas tempora in his, quae ad tributum exactiorem pertinent: id primum a Gentilibus Imperatoribus Ecclesia passa est, deinde ab Imperatore Apostata, postea ab Ariano Principe in Oriente. Etenim constat, primum omnium Apostatam Iulianum post Christianos Imperatores de bonis Ecclesiarum eorumque ministris exegisse tributum, cuiusque affectatum esse vestigia Valentem Arianum Imperatorem, qui tributum a clericis atque monachis (vt vidimus) exigebat. De Valentiano & Gratiano nihil huiusmodi in Occidente factum legitur. Sub Valentiano autem puero Iustina Ariana moderabat Imperium, cuius arbitrio id contigisse videtur, vt Catholicorum Ecclesiarum tributum indiceretur ex agris: quod perfolare Ambrosius non recusat, dummodo fidei Catholicae, Catholicaeque communionis basilicis parceretur. Vides non nisi apostatas atque haereticos Imperatores exegisse de agris Ecclesiarum, hae ex parte Pharaone Aegypti. Rege detiores. Cum aliqui Catholici Principes in dirandis Ecclesiis amplius redditis munificentissimi semper extiterint: qui si aliquando necessitate ingruentium bellorum preli indiguerint accipere ab Ecclesiis, id perquam submissio animo a totius Christianae religionis Antistite Romano Pontifice

XIV. Mat. 22.

XI. Quales sint Principes, qui retribuit vterque a clericis.

XII. b. 168. 1. c. 48.

Mat. 17.

k. Gen. 47.

XIII.

XVII. de rebus...

Pontifice ex parte consueverunt, & ab illo paterne charitatis effectu pro facultate paritari, cuius rei innumera sunt exempla.

Sed & ad Ambrosium redeamus hæc eisdem de Arianis subdentem: Sed invidiam faciem, quia aurum erogatur. Nos ego hanc invidiam per horresco. Malico arario: arary mei pauperes Christi sunt: bene non congregare res aurum. Vtinam hoc mihi semper crimine adhiberent, quia aurum pauperibus erogatur. Quod si obiciant, quod defensionem ab ipso requirant: non nego, sed etiam ambio: habeo defensionem, sed in orationibus pauperum. Cecili & claudi, debiles & senes robustis bellatoribus fortiores sunt. Deniq; munera pauperum Deum obligant: quia scriptum est: Qui largitur pauperi, Deo seminat: præstantia bellatorum divinam sepe gratiam non merentur hæc ipse.

Sed quid rursus in eum Ariani in ore tabescentes obliicerent, ipsum audi d: Hymnorum, inquit, quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt. Plane nec hoc abimo, Grande carmen istud est, & quo nihil potentius. Quid enim potentius, quam obsecratio Trinitatis, que quoties totius populi ore celebratur? Certatim omnes student fidem facere. Patrem & Filium, & Spiritum sanctum norant vestibus prædicare. Facti sunt igitur omnes discipuli, qui vix poterant esse discipuli. hæc idem sanctus Ambrosius, quod in omnibus tunc à se editis hymnis & in Ecclesia canendis populo traditis, ad finem cuiusque ipsorum (vt apparet) conglorificatio esset sanctissimi Trinitatis. Haud enim pridem eiusmodi hymnodiam corpore in Ecclesia Mediolanensi, sanctus Augustinus, qui eam audiebat, & ipsius concentu magno opere deincepsatur animo, restatur his verbis: Quantum fleuim in hymnis & canticis tuis, sicut sonant in Ecclesia tua vocibus commotus ariter. Voces illa influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea effluabat affectus pietatis, & correbat lacrymis, & bene mihi erat cum eis. Non longo tempore ad Mediolanensem Ecclesia genua hoc consolationis & exhortationis celebrare, magno studio fratrum concinentium vocibus & cordibus. Nimirum antius erat, aut non multo amplius, cum Iustina Valentini mater mater hominem tuum Ambrosium persequebatur, hæresis sua causa, qua fuerat seducta ab Ariano.

Excitabat pia plebs in Ecclesia, mori parata cum Episcopo suo, sermo tuo. Ibi mater mea, ancillatua, solitudinis & vigiliarum primæ partes tenens, orationibus vivebat. Nos ad hoc frigidi à calore spiritus tui, excitabamur tamen civitate attonita atque turbata. Tunc hymni & psalmi vti canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus innoxius talia contuleret, institutum est, & ex illo in hæc accretum, multum tam ac pene omnibus gregibus tuis, & per cetera Orbis viciantibus. hæc de hymnodia tunc temporis Augustinus. In Oriente quidem præter Davidicos psalmos, canendi hymnos ea occasione introducendum fuisse vsum diximus, quod cum qui minus fane fidei essent, eiusmodi hymnos suis canendos tradidissent (vt primo factum dicitur à Bardeasem Syro, inde à Paulo Samosateno, denique ab Apollinari Laodiceno) sanctissimi Patres Catholice fidei defensores illis aduersos scripsere factos hymnos: quod præsertim diximus Ephrem Syrum, & alios atque vltimo loco Greg. Nazianzenum. De eiusmodi quoque hymnodia atque vigiliis hæc Paulinus d: Hoc in tempore primo antiphona, hymni, ac vigilia in Ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt. ex quibus plauce videas, quam procul abhorreat à veritate, quod effictor ille sermonum nomine S. Augustini insipienter effudit, & S. Ambrosio vigiliis esse sublatas, quas constat auctore eodem, in Mediolanensi Ecclesia hymnis auctas. Verum de his in notis pluribus egimus.

Sed idem rursus S. Ambrosius eidem concioni apponens coronidem, quo modo se habeat Imperatoris potestas cum Ecclesiastico iure, hæc ad postremum addit: Solimms que sunt Casari Casari, & que sunt Dei Deo. Tribunum Casari est, non negatur. Ecclesia Dei est, Casari vtique non debet additi, quia ius Casari esse non potest Dei templum. Quod cum honorificentia Imperatoris nemo dictum potest negare, quid quoniam honorificentia, quam vt Imperator Ecclesia sibi esse dicatur? Quod cum dicitur, sine peccato dicitur, cum gratia dicitur. Imperator enim bonus iura Ecclesiam, non supra Ecclesiam est. Bonus enim Imperator querit auxilium Ecclesia, non refutat. Hæc vt

humiliter dicimus, ita constanter exponimus. Sed incensu aliqui gladium, deportationem minantur. Didicimus Christi crumli non timere. Non timentibus nunquam est grauis terror, & cæta. ita ipse, ex quibus perspicue intelligis, quam velit illibato integreque seruatum, custoditumque ius Ecclesiasticum sacerdotibus, & quam longe longius ab sit, vt Imperatores Ecclesiis, earumque ministris sacerdotibus dominentur.

Quæ autem contigerint postillam ad populum habitam concionem, idem ipse sanctus Ambrosius, pout gesta sunt, ad forem Marcellinam exacte describit, cum ait: Sequenti die (erat autem Dominica) post lectionem atque tractatum, & per diem illam Dominicam, Palmarum solemnitate intelligit, qua de asina & pullo solutis atque ad Christum deductis Euangelium (vt dictum est) conficitur in Ecclesia recitari. Quod vero ait, post tractatum habitum, per tractatum vtique intelligit habitam maiorum ad populum concionem. Sed & quod subdit, eadem ipsa die tradidisse symbolum competentibus baptizandis: eandem diem Dominicam, Palmarum dictam, significat, quo antiquitus dari symbolum competentibus confuevit, vt Ildorus g & alii testantur. Quæ autem tunc ea die contigerint, vt sciamus, ipsam Ambrosii epistolam hic recitemus; sic enim se habet h:

Quoniam omnibus fere epistolis solite quaeris de Ecclesia: accipe, quid agatur. Postridie quam accepit litteras tuas, quibus significaueras, quod te exagitant somnia tua, mole iniquitatum grauium cogit moueri. Nec iam Portiana, hoc est, extramurana basilica petebatur, sed basilica ipsa, hoc est, intramurana, quia maior est. Conueniant me primo Principes, virtutum veri, Comites Confessorum, vt & basilicam traderem, & procurarem, ne quid populus turbatum moueret.

Respondit, quod erat mei ordinis: Templum Dei tradi à sacerdote non posse. acclamatum est sequenti die in Ecclesia. Etiam Praefectus eo venit: cogit suadere, vt basilica Portiana cederemus. Populus reclamauit. Ita tunc discessum est, vt intramuram se Imperatori diceret. hæc omnia hucusque recitara, daobus diebus ante Dominicam gesta esse, superius dictum est. Quid veto postea acciderit, ita subdit:

Sequenti die (erat autem Dominica) post lectionem atque tractatum dimisi catechumens, symbolum aliquibus competentibus in baptisterio tradidit basilica. Illic nunciatum est mihi, comperito, quod ad Portianam basilicam de Palatio Decanis mississent, & vela sustenderent, populi partem eo pergere. Ego tamen mansi in munere: Missam facere cœpi.

Diem offero, raprum cognoui à populo Castulum quendam, quem presbyterum dicerent Ariani: hunc autem in platea offenderant transeuntes, amarissime flere & orare in ipsa oblatione Deum cœpi, vt subueniret, ne cuius sanguis in causa Ecclesia fieret, certe vt meus sanguis pro salute non solum populi, sed etiam pro ipse impio effunderetur. Quid multat Missi presbyteris & diaconibus, eripuitur a virum. Condemnationes illico grauissimæ decernuntur, primo in corpus omne mercatorum. Naque sancti diebus hebdomada vltima, quibus solebant debitorum relaxari vincula, stridunt caena, imponuntur collo innocentium, exiguntur ducenta pondo auri intra totum triduum. Respondent aliqui, setantum & duplam supererent, daturus dimmodo seruarent fidem. Erant pleni carceres negotiatoribus: Palatina omnia officia, hoc est, Memorales, Agentes in rebus, apparitores duorum Comitum temperare à processu iubentur, spicæ qua iuditioni interesse prohibebantur: Honorati multa minabantur grauiissima, nisi basilicam traderent.

Vernebat persecutio, ac si aperuissent portam, prorupturi in omne facinus videbantur. Conuenit ipse à Comitibus & Tribunis, vt basilica fieret matura traditio die tribus, Imperatorem iure suo vti, eo quod in potestate eius essent omnia. Respondi: si me peteret, quod meum esset, id est fundum meum, argentum meum, ius huiusmodi meum, me non restitaturum, quantum omnia, que mea sunt, essent pauperum: verum ea, qua diuina, Imperatoria potestati non esse subiecta hæc tunc ipse, ex quibus illud confide, quam longe ab sit, vt iura Ecclesiarum, vel eis defertentiū ministrorum sibi vendicare valeat Imperator, si necin ipsam edificaram Ecclesia minus aliquod sibi legitime valeat usurpare. Quod si ab his Imperator arceatur, quanta temere

XVIII.

Ambr. ep. RATIO TEMPORIS ET CONTENTIO NATIO ACTORYM.

Ildor. de Iudis. eff. c. 17. h Ambr. p. 33.

XIX.

EVIST. AMBR. AD MARCELLINAM.

XX.

XXI.

CASTVLVS ARIANVS CARTVS RELAXATA.

XXII.

NINTE IN RIS VEN DICARE IMP. IN ECCLESIAM.

XIV. MAGNA AMBROSII FIDUCIA IN ELEEMOSYNIIS PAVPERVM.

XV. Obsecratio ARIANORVM DE SACRIS HYMNIS.

Aug. C. 7. h. 3. 4. 5. 7.

XVI.

Paul. in vita S. Ambr.

Aug. ad frat. de serm. 107. 11.

XVII. DE POTESTATE IMP. ET IURE ECCLESIAE.



ritate dicam, & impietate inferiores Principes ea sibi au- deant vindicare: Sed quid ad hec tunc addidit idem sob- dit: Si patrimonium petitis, inuadite: si corpus, occidite. Vultis in vinculari apere: vultis in mortem? Voluptatis est mihi: non ego me vallabo circumfusione populorum: nec altaria tenebo, vitam vobis- crans, sed pro altaribus gratias in molabor.

XXXIII. AMBROS. SEDAR- GYIT GO- THOS.

Horredam quippe animo, cum armatos ad Basilicam Ecclesie occupandam missi cognoscerem: ne dum basilicam vendicant, ali- qua strage ferret, que in perniciem totius vergeret ciuitatis. Ora- ham, ne tanta irruerit, vel totius Italiae iussu superuenerim. Detestabar inuidiam fundendi crucis: offero am iugulum meum. Aderant Go- thi Triboni, aderunt eo: dicit: Propterea vos possessio Romana suscepit, vt perturbationis publica vos prebeat ministros? Quo- transtulit, si hac delata fuerint? Excubatur a me, vt compeferem populum. Respondebam, in meo iure esse, vt non excidarem, in Dei ma- gis, vt mitigaret. Postremo, si me incitarent putarent: lam in me vindicari oportere, vel abducere me in quas vellem terrarum solitudi- nes. His dictis, illi abierunt. Ego in basilica vetiti totum exegi diem, inde domum cubitum in recepi, vt si quis adducere vellet, inueniret paratum.

XXIV. MILITES MISSI AB IMP. A- GYINT PRO AMBROS.

Ante lucem, vbi pedem lumine extuli, circumfuso milite, occupa- tur basilica: idque a militibus Imperatori mandatum dicitur, vt si prodire vellet, haberet copiam, si tamen prelo futurus, si viderent eu- cum Catholico, conuenire, aliquos se ad eum catum, quem Ambrosius cogit transtulit. Prodire de aranis milis audebat, quia nec quis- quam de cubitis erat, panis de familia regia, nonnulli etiam Gothi, quibus vt olim planstrum sedes erat, ita nunc planstrum Ecclesie est. Quoniam, famina ista, ne tunc iustina, precesserat, secum suis o- mnes caris vobis. Circumfusa basilicam esse gentium populi in ille- xi, sed dum leguntur lectioes, inimato mihi plenam populi esse ba- silicam etiam veniam, maiorem videri plebem, quam omnes cum es- set liberi, et hereticis effugari. Quid plura? Milites ipsi, qui videban- tur occupasse basilicam, cognito, quod praesentem, vt abstinerentur ad communionis consortio, ad conuentum hunc nostrum venire ca- perunt, quibus vixit, turbavit miserum animi: prout se vna. Ipsi tamen milites, se ad orationem venisse, non ad prelo, loque- bantur. Clamant aliqua populi quam moderate, quam constan- ter, quam fideliter possident, vt ad illam pergerem basilicam: in illa quoque basilica ferret, quod populus presentiam flagitabat meam. Tunc ego inus adorsus sermonem sum. Analysis, filij Iherum Iob ho- die legi &c.

XXV. DE IVRE EC- CLIAE.

At in eodem, quem tunc ad populum sermonem habu- it, haec inter alia: Mandatur denique: Trade basilicam. Respon- dit: meo mihi fas est tradere, nec tibi accipere, Imperator, expedit. Do- num prauis nullo potest iure temerare: domum Dei exornata asse- rendam. Allegatur Imperator licere omnia, ipsius esse vniuersa. Re- spondit: Nolite grauari, Imperator, vt potes te in ea, qua anima sum, imperiale aliquid tu habere. Nolite extollere, sed si vultis duntaxat imperare, esto Deus subditus: Scriptum est: Quis Dei, Deo: qua Cae- sari. Ad Imperatorem palatia pertinent: ad sacerdotem Eccle- sie publicorum tibi munus est, non sacrorum. hec cum adeo constant: acque si quenter affirmet & incul- cet Ambrosius, compellit te, Christiane Princeps: quem tuus audis, Ambrosium, an recentio cum hereticam omnia Principibus tribuentem? Cui Ambrosius doctrina secundas, si sciantiam quare: si vitae mores: quem ha- bes, cui eidem vel minima ex parte confite te queas: si pie- tatem certam, totamque Catholicam si dem: ex miraculis ab eo viam et atque de sancto edicis proba doctrinam. In tam aperta luce adeo cecentis, vt adhuc lucem tenebras, & tenebras lucem dicas: Sed quod reliquum est hiltoriae, prosequamur: subdit enim haec ipse.

XXVI. AMBROS. GRATIA- RVM AC- TIO. a 2. al. 3.

Dum hac tracto, suggestum est mihi, cortina regia esse collata, respiciant autem basilicam presentiam mihi possere. Staturque eo conuerti sermonem meum, dicit: Quam alta & profunda oracula sunt Spiritus sancti! Mattheo horum lectum est, vt memissis fra- tres quod summo animi dolore respondemus a: Deu venerunt Gen- tes in hereditatem tuam. Et re vera venerunt Gentes, & plus etiam, quam Gentes venerunt. Venerunt enim Gothi, & diuersarum na- tionum: tri, venerunt cum armis & circumfusi occupauerunt basi- licam, hoc nos igni tuae altitudinis dalebamur, sed nostra impru- dentia aliud opinabatur. Venerunt Gentes, sed vere in hereditatem tuam venerunt. Qui enim Gentes venerunt, facti sum Christiani: Qui ad inuadendam hereditatem venerunt, facti sunt coheredes

Dei. Defensores habes, quos hostes putabam: socios teneo, quos aduer- sarios existimabam. Completam est illud, quod de Domino Iesu Da- uid Propheta b cecinit: Quia factus est in pace locum eius, & confregit cornua arcium, scutum, & gladium, & bellum. Cuius enim hoc munus, cuius opus, nisi tuum, Domine Iesu? Videras ad templum tuum armatos venire, hinc gemere populum, & frequentem adesse, nec asilica Deit aderet. Inde vim militibus, Imperatori, mortem ante oculos mihi: quid inter hac furor liceret, inuisti te, Domi- ne, medium, & fecisti vtrique vnium: compescisti armatos, dicens profecto: Si ad arma concurrerit, si in templo meo licet commouere, que vtilitas in sanguine meo? Gratias itaque tibi Christe: non Lega- tus, neque nuntius, sed tu Domine saluum fecisti populum tuum: concidisti arcum meum, & praecinxisti me letitia.

Hec ego dicebam, et tu Imperatoris animum studio militum, obsecratione Comitum, precatu populi posse miterere. Interea van- ciatior mihi, missum Notarium, qui mandata deferret. Consequi paululum: mandatumque intimo: Quid placitum sit, ignora: contra placitum faceret? Respondi: Quid placitum sit, ignora: quidve temere factum dicatur, incertum habeo. At: Conpro- byteros ad basilicam destruxisti? Si tyrannus es, scire volo, vt sciam, quem admodum me aduersus te prepararem. Retuli, dicens, me nihil in praedictum scisse Ecclesie: eo tempore, quo auertam occupa- tam esse a militibus basilicam, gentium tantummodo libertatem habuisse, nulli me adhortantibus, vt eo pergerem, dixisse. Trade- re basilicam non possum, sed pugnare non doleo. Postea vero quam cognouerim cortina regia inde esse sublata, cum me populus eo- ire deposceret, dixisse profecto: me tamen voluisse, sed sit- xisse: Credo in Christo, quod ipse nobiscum Existit Imperator. Si hoc tyrannus videret, habeo arma. Sed in Christo nomine habeo ve- nendi mei corporis potestatem. Quid moratur ferre, si tyrannum putaret?

Vt iri iure a sacerdotibus donata Imperia, non vspora. Et vixit dicit, quod Imperatores sacerdotum magis optuerint, quam Imperium sacerdotis. Christus & fugit, ne Rex fieret. Habemus ty- rannidem nostram. Tyrannus sacerdotis, inuictus est: Cum infir- mor, inquit d, tam potens sum. Caueret tamen, ne ipse fieri tyran- num faceret, cui Deus aduersarum non exeat. Non hoc Maxi- mum dicere, quod tyrannus ego sum v alentinianus, qui se meo lega- tionis obiectu queritur ad Italiam non potuisse tr. misse. Adula, quia nunquam sacerdotis tyranni fuerunt, sed tyrannos sepe sunt pass. Exactus est totus ille dies in marore nostro, scisso tamen ab illud- riu pueri cortina regia, erant illic veluti affixus titulus, quo significaretur basilica vendicata ab Imperatore: quod e- nim putaretur illic venturus Imperator, ex morte coti- titis tenis locus paratus eidem fuit. Sed pergit: Ego domum redire non potui, quia circumfusi erant milites, qui basilicam custo- dibant. Cum fratribus psalmos in Ecclesia basilica minore dixi- mus.

Sequenti die fuit haec feria secunda maioris hebdoma- dae: lectus est de more libri Iona: quo completo, hunc sermonem ad- orsus sum: Liber lectus est, fratres, quo prophatur, quod peccatores in penitentiam reuertantur. Acceptum est ita, vt speraretur in pra- senti futurum. & post pauca: Nec mora, nunciatur, Imperatorem in posse, vt recederent milites de basilica: negotiatoribus quoque quod exactum de condemnatione fuerat, redderetur. Quae tunc plura totum letitia fuit? qui totum populi plausus qua gratia? Erat autem dies, quo sese Dominus pro nobis tr. elidit, quo in Ecclesia penitentia re- laxatur. Certam hoc nunciare milites, irruentes in altaria osculis significare pacis inigne. Tunc agnouit, quod Deus verum antelica- num percussisset, vt tota ciuitas seruaretur. Hac gesta sunt, atque v- tinam iam finita: sed egrotans motus futurus plena commotionis Imperialis verba indicant. Ego tyrannus appellor, & plus etiam, quam tyrannus. Nam cum Imperatorem Comes obsecraret, vt prodiret ad Ecclesiam, idque petere milium sacre se dicerent, re- spondit: Si vobis iusserit Ambrosius, vinculum me tradetis. Quid post hanc vocem suspexit considerat. Quam vocem omnes cohortuerunt, sed habet a quibus exasperat.

Denique etiam speciali expressione Calligonus praeposuit cubi- culi mandare mihi ausus est. Me viuo, tu contemnis v alentinianum? ca: t tibi tollo. Respondi: Deus permittat tibi, vt impleas, quod iur- nari: ego enim patiar, quod Episcopi: tu facies, quod spalones. At v- tinam Dominus auertat eos ab Ecclesia, & in me omnia sua tela conuertant, meo sanguine situm suam expleant. haec tunc ad Mar- cellinam forecum Ambrosio. At quid post haec de Calligono

387

XXXVII. NOVA QUERELA EXAGITA- TYR AM- BROSII.

XXXVIII. C. IAN. 6. AMBROS. SUPRA IM- PERIUM DIGNITAS SACRDO TATIL. d. l. Cor. 12.

XXXIX. RES AM- BROSII PRO- VBILO RISSATI- KANT.

XXX. CALLIGO- NIA DENTIA DIGNO SVTILLA. 410.

ptefecto cubiculo adeo impudenti, vltimum supplicium Ambrosio comminanti? Inultam enuuchi procciam finit abire Dominus? minime gentium. Sed quid in eum? Res digna memoria, cum ab ipso Ambrosio, tum à Paulino prætermiffa, haud voluit Deus, vt relinqueretur penitus obuoluta silentio: siquidem S. Augustinus alia occasione agens contra Iulianum Pelagianum de eunuchorum concupifcentia, inter alia attingit hac obiter his verbis: *Est tamen concupifcentia fpatidum, pudicq; comprimitur, ne concumbendi, quænis irritis ipse conatus in eam turpitudinem veniat propter quam Calligonum Valentinianum iunioris emuchum gladio nouimus vitore punitum, meretricis confifione committum, ita Augustinus. Vides ex his, quam Deus fecerit fit vindex feruorum fuorum, cum ficut Euthymio ante, ita & Calligono poftea æqua lance penfuram reddidit, quod in fandum fuerant fupplicium committati.*

XXXI. At de rebus triduo illo gefitis idem S. Ambrosius epiftolam fcriptam ad omnes Italie Epifcopos, que penitus ex cidit, tantumque fupereft breue fragmentum, quod S. Ioannes Damafcenus ex ea recitat: fic enim ait b: *At Mediolani Pontifex Ambrosius in Epiftola, quam ad vniuerfam Italiam fcripfit, hæc habet: Mibi autem, tertia nocte, cum ex media corpori laboraret, non dormienti, fed in mentis ftupore confitito, fepe offenderunt eum quædam perfona beato Paulo Apoftolo fimili, vt eius effigies pictura in tabulo expreffa facile declarabat. hæc tantum mihi ex Ambrosio. Vtinam iplaine gra extaret epiftola.*

XXXII. Sed que post hæc funt fubfecuta: admiratione plane digna. Vni Ambrosio pro Ecclefia libera pugnanti, populus ac milites, fubditi atque Principes, terra cælumque, mortales & fuperei, viuentes atque vita fundi, & quid in fuperei ipfi denique fpiritus aduerfari, licet inuiti, et tamen præfto fuere. Dicamus de fingulis. Mirandum sane fuit, vniuerfum populum Mediolanenfem Epifcopo potius, quam Imperatori, tanto periculo fuorum capitum atque bonorum, ftudere adentiffimis conatibus deleffiffe: ipfos mercatores lucri cupidos, vt adueffus Imperatorem fuerent Ambrosio, omnia contempiffiffe; & nobiles, quos Honoratus vocat, prætuliffe Crucis ignominiam Regie Pharaonis: fed maioris admirationis illud accessit, milites, qui ad expugnandum bafilicam accessiffent: momento temporis effe conuerfos in defensores, & qui venerant fundete in bafilica fanguinem, mutatos vna iudiffie cum Catholicis ad Deum preeffes. Sed quod ne fic quidem emolliretur Iuftina: animus, quem impietas in ficilem obdurarat, & filium Imperatorem in Ambrosium actius concitate, vt gereq; femineo furore pergeret: Deus pro Ambrosii defenfione Maximum Imper. commouit: qui primo (vt par erat) his datis litteris voluit Valentianum ad moniffie.

XXXIII. Nifi clementia noftra circa fermitatem tuam fides fimplex effer, & gratia plena concordia, confido etiam, quod commoda ratiõnis meæ effer poffent hæc, que nunc agi dicuntur in partibus tranquilitatis tua Catholicæ legi tur batio atque confuffio. Quid enim tam optandum poffit effer, et fi quis effer inimicus, quam adueffus Ecclefia Dei, hoc effer, adueffus Deum ipfam, & aliquam moliri, & vbi error excufabilis non effer, tibi velle peccare? Sed quoniam fermitati noftra, & in Deum religio maior, quam violari etiam ab inimiciffimo quoque non optabile nobis arduum, & circa fermitatiam inueniuntem tuam tam arctæ noftri cura, tam fedula effer, vt recte facta magis nos fua, quam errata deleffent: idcirco peremittentem tuam crediffimus commouendam, vt introfpecta ratione nominis fummi, & maiestatis ipfius confiderata potentia, quid agere debeat, folida mente pendeat. Audiat enim (nam fama non patitur occultari, præferim quod agatur in populos) noftris clementia tua effer, b: *Viciffie Catholicis vni illatam fuiffe, obfidere in bafilicis facerdotis, nullam effer propofitam, penam capitis adueffam, & legem fanctiffimam in b: namque nefcio cuius legis effer. Hoc quam grane fit, poteris intueri, fi Dei magnitudinem volueris cogitare. Erudifco, fi quam credideris fermitatem tuam aduerffie velle ratiõnem, & Dei græ causam.*

XXXIV. Quid enim fi hoc folum effer? Si enim iam per tot fecula coalita & confirmata mutaret, parnam ne excitare difcordiam videretur? Ipsi humanis legibus in hac mortalitate habet noftra reuerent-

tiam confuetudo, & in re iam vetufta atque vfitata aliquid nouum feciffie, reprehenfio effer. Italia omni atque Africa hoc fcriptura creant: hæc fide gloriatur Gallia, Aquitania, omnis Hifpania, Roma ipfa venerabilis, cuius etiam in hac parte principatus effer, quod Deum ficut fequi voluit, agnouit. Confitebor ipfe, quod non fuit maiore dictum effer; folum difsentiebat Illyricum: vtinam quod erraffet, non extaret exemplum. Vtinam illud incolumet? Ariana legis Marcefe? oppidum permaneret, & non ad iudicium quoddam ererit miferi concediffet, quia ipfos erudiffet antiores, ne præcipua trati numini vltione procumbere. Periculofe, mihi crede, diuina tentantur.

